

Appendix ad Europam Nro. 15.

Regnum Mortuorum.

Dialogi Politici Mortuorum.

In Elisio 5. Februarii 1808.

Et fides! illa tamen non est vana fictio

De fidejussione.

Colloquentes.

Ludovicus *Badensis.* — Paulus *Pálfi.*

Baden. Post 28. circiter annos ab obitu tuo versatus in Hungaria multa de Palatino *Paulo Pálfi* audiui; Gratulor, te hic reperisse.

Pálfi. Accipe manum in signum grati animi; Pugnasti Marchio generose pro Patria mea.

Baden. Eramus perpetui in bello contra Orientem, aut Occidentem — idest contra Turciam, aut Galliam.

Pálfi. — Recte hic geographicus Monarchiae Austriacae situs tantum fide, ac virtute Nobilium salvari poterat. Viden' Marchio! Ditiones nostras ubique patere adgressioni, et hostium irruptioni.

Baden. Positio hostis erat semper favorabilior. Turcae, ex dissitis suis regionibus contra Hungariam proficiscentes, erant a tergo contra quasvis hostis infestationes securi; nam Persae, qui soli quid facere potuissent, occupabantur domesticis. Idem habuit Gallia, dum legiones suas in Germaniam misit; maribus terga tegentibus. Longe aliter Austria; inter Galliam et Turciam posita, a tergo et a fronte hostium impetui patebat. Dum haec perpendo, cogor admirari fortunam nostram, quod in tantis, tamque diuturnis bellis nos conservare potuerimus.

Pálfi serius etiam tertium formavit hostem Politica; Borussia nempe arte et marte evasit civitas potens; imminabat constanter tergo, et lateri nostro, pro ratione belli, si illud aut contra Galliam, aut Ottomanniam fuit. — In ipsis propriis praecordiis Germaniae habuit Austria hostes, et amicos, nam debiliores adhaerebant semper Victori.

Baden. Hic situs rerum nunc jam evanuit, novus est rerum politicarum ordo. Galliae et Russiae novum fixerunt acqui-

librium et ego asseverare audeo, Austriam et Turciam futuram essetertiam potentiam, ut contra unam aut alteram harum potentiarum aequilibrium servetur.

Pálf. Ergo Austria, et Turcia amici?

Baden. Ita mutata tempora, ut reciproca commoda Austriam, et Ottomanniam conjungere debeant. Conservatio Turciae interest etiam Galliae, quem spiritum in omnibus declarationibus gallicis observare licuit; ideo etiam pax inter Russiam et Turciam intermediatione Galliae restablietur. Infaustum ergo duntaxat adhuc durat bellum — sed legamus ephemerides.

In Calendario Status Galliae inter Principes Regnantes in Europa Rex Portugalliae non amplius legitur; sed legitur sub Brassilia. — Parlamentum Anglicanum convenit 21. Januarii. Primae disceptationes fervidae erant de expeditione Hafniensi, et oblata Russiae, Austriaeque ad pacem intermediatione; sub finem decreta est Gratiarum actio Regi.

Parisiis in palatio *Louvre* visitur nunc etiam sceptrum Gustavi Adolphi, quod Rex Sveciae occasione posterioris fugae Suae Stralsundae reliquit; quodve cum aliis 23. cistis abvehendi moram praesentia Gallorum non indulsit, ex quibus tamen Generalis Gallicus non nisi 2. ad se deferri jussit, in quarum una hoc sceptrum, in altera aliae singularitates erant. Vulgabatur quidem arte rumor; sceptrum hoc non esse genuinum; interim probat Relatio Consiliarii *Storch*, cujus curae sceptrum hoc creditum erat, illud fuisse authenticum; et putat proditorem subversari; cum Generalis gallicus ex 30 cistis recte has duas delegisset.

Biographia.

Ludovicus Vilhelmus Marchio Baadensis unus maximorum Belliducum aevi novioris, natus Parisiis 8. Aprilis 1655 Patre Maximiliano Ferdinando Marchione, et Matre Aloisia Christina Principissa Carignam. Patre ejus A. 1669 in veratione fatali ictu vita excedente, regimen provinciarum quidem adiit, sed eas mox Gallis cedere coactus, apud Imperatorem refugium quaesit, ubi virtus eum mox ad summos militaris dignitatis gradus evexit. Primum exemplum virtutis militaris dedit in Hungaria, dum A. 1686. diversa loca Turois eripuit, et A. 1688. in Bosnia cum 3000 suorum 15000 exercitum turcicum fugavit. Anno 1689 ut summus Dux contra Turcas missus, 24. Septemb. 40000 Turcarum ad Nissam in fugam egit, Nissamque, et Viddinam occupavit. Anno 1690 cum paucis suorum expulit Tökölyum ex Transilvania, et Anno 1691 multum contulit ad Victoriam ad Szalankemen. A. 1692 nominatus Commendans, et Governator Jaurini; annis sequentibus servivit cum laude contra Gallos. A. 1702. occupavit *Landaviam*, interfuit pu-

gnae
davia

saecu
titate
gnia
de B
Nicol
laus
tuus,
Pann
tuus

A. 16
bus f
nus,
sonie
stris

Nico
Filius
alis L
pitah
Rega
sonie
et Vi
tinus
Wai
reum
fuit s

Thal
num;
ultimu
huc re
non v
vive s
moritu

Sancti
Indivi
vant s

libriam et ego asseverare audeo, Austriam et Turciam futuram essetertiam potentiam, ut contra unam aut alteram harum potentiarum aequilibrium servetur.

Pálf. Ergo Austria, et Turcia amici?

Baden. Ita mutata tempora, ut reciproca commoda Austriam, et Ottomanniam conjungere debeant. Conservatio Turciae interest etiam Galliae, quem spiritum in omnibus declarationibus gallicis observare licuit; ideo etiam pax inter Russiam et Turciam intermediatione Galliae restablietur. Infaustum ergo duntaxat adhuc durat bellum — sed legamus ephemerides.

In Calendario Status Galliae inter Principes Regnantes in Europa Rex Portugalliae non amplius legitur; sed legitur sub Brassilia. — Parlamentum Anglicanum convenit 21. Januarii. Primae disceptationes fervidae erant de expeditione Hafniensi, et oblata Russiae, Austriaeque ad pacem intermediatione; sub finem decreta est Gratiarum actio Regi.

Parisiis in palatio *Louvre* visitur nunc etiam sceptrum Gustavi Adolphi, quod Rex Sveciae occasione posterioris fugae Suae Stralsundae reliquit; quodve cum aliis 23. cistis abvehendi moram praesentia Gallorum non indulsit, ex quibus tamen Generalis Gallicus non nisi 2. ad se deferri jussit, in quarum una hoc sceptrum, in altera aliae singularitates erant. Vulgabatur quidem arte rumor; sceptrum hoc non esse genuinum; interim probat Relatio Consiliiarii *Storch*, cujus curae sceptrum hoc creditum erat, illud fuisse authenticum; et putat proditorem subversari; cum Generalis gallicus ex 30 cistis recte has duas delegisset.

Biographia.

Ludovicus Vilhelmus Marchio Baadensis unus maximorum Belliducum aevi novioris, natus Parisiis 8. Aprilis 1655 Patre Maximiliano Ferdinando Marchione, et Matre Aloisia Christina Principissa Carignam. Patre ejus A. 1669 in veratione fatali ictu vita excedente, regimen provinciarum quidem adiit, sed eas mox Gallis cedere coactus, apud Imperatorem refugium quaesit, ubi virtus eum mox ad summos militaris dignitatis gradus evexit. Primum exemplum virtutis militaris dedit in Hungaria, dum A. 1686. diversa loca Turcis eripuit, et A. 1688. in Bosnia cum 3000 suorum 15000 exercitum turcicum fugavit. Anno 1689 ut summus Dux contra Turcas missus, 24. Septemb. 40000 Turcarum ad Nissam in fugam egit, Nissamque, et Viddinum occupavit. Anno 1690 cum paucis suorum expulit Tökölyum ex Transilvania, et Anno 1691 multum contulit ad Victoriā ad Szalankemen. A. 1692 nominatus Commendans, et Gubernator Jaurini; annis sequentibus servivit cum laude contra Gallos. A. 1702. occupavit *Landaviam*, interfuit pu-

gnae
davi

sac
titat
gnia
de B
Nico
laus
tuus
Pann
tuus

A. 1
bus t
nus,

sonie
stris

Nico
Filiu
alis

pitam
Rega

sonie
ct Vi

tinus
Wai
reum

fuit s

C
Thal
num;

ultimu
huc re

non v
vive s
moritu

V
Sancti
Indivi
vant s

gnae ad *Schollenhergam* A. 1704. occupavit altera vice Landaviam, et obiit 4. Jan. 1707.

Bálf est familia comitum in Hungaria, quae ab exitu saeculia 17. Praedicatum ab Erdöd gerit, quod forte identitatem originis cum familia Erdödi probat, quarum insignia in scuto principali conveniunt. *Petrus Pálfi*, L. Baro de Bethlenfalva duxit circa Annum 1520 Sophiam Dersffi, Nicolai filiam, ex qua 5 filios genuit, quorum unus Nicolaus A. 1589 titulum Comitis consecutus est. A. 1600 mortuus, tres filios reliquit: *Matthiam* A. Abbatem montis Pannoniae. *Paulum* Palatinum Hungariae, qui A. 1653 mortuus inter alios filios reliquit *Joannem Carolum*, qui A. 1694 qua Generalis Caesaris Mediolani, relictus duobus filiis obiit. Tertius denique Nicolai frater erat *Stephanus*, qui A. 1608 custos Coronae Hungariae, et Comes Poniensis nominatus, A. 1624 qua Tribunus militiae Equestris Ordinis hungaricae in velitatione occubuit, relicto filio *Nicolao*, qui A. 1679 qua Cancellarius Hungaricus obiit. Filius ejus natu Major acque *Nicolaus* Coasiliarius Actualis Intimus, Generalis Rei Tormentariae Praefectus, Capitaneus Turmae Praetorianae Germanicae; Cubiculariorum Regalium per Hungariam Magister, Capitaneus Arcis Poniensis, et Comitatus ejusdem nominis Supremus Comes, et Viduae Imperatricis Agazonum Magister, A. 1715 Palatinus Hungariae electus, genuit ex conjuge sua Baronissa *Waix* filios Nicolaum *Josephum* Camerarium Caesarem, et *Joannem* Generalem. Alter Comes Joannes Pálfi fuit sub Imperatoribus Josepho et Carolo Banus Croatiae.

S p e s.

Omnes Philosophi sua Fortunae detulerunt homagia: *Thales* Miletensis nominavit eam universale hominum bonum; *Bias* omnium dulcedinum maximam; *Diogenes* ultimum solatium, quod homini, etiamsi omnia perdat, adhuc remanet. *Plato* somnium vigilantis hominis; soli Itali non videntur eidem fidere; nam apud hos adagium est: Chi vive sperando; muore cacando (Qui sperando vivit, cacando moritur.)

Diarium Politicùm.

Germania.

Veczlariae 21. *Janurii*. Imperator Napoleon declaravit; Sanctissimam Novorum Principum obligationem esse, ut Individuis sublatae Camerae Imperialis sua porro persolvant salaria; hanc Imperatoris mentem jam praeoccupavit

Principum horum justitiae amor, qui sibi ipsi hanc obligationem hactenus etiam imposuerant. Aliquos quidem Principes quaedam momentanea adjuncta hactenus ab explendo hocce munere morabantur, quibus sublatis, nunc ratam suam fideliter solvunt. Recentissimum dederant exemplum Duces Saxo-Vinariensis, Saxo-Gotha, et Meklenburg-Sverin.

Aliud objectum, quod in nova Germaniae constitutione in disceptationem venit, sunt debita Principum, qui olim in sinistro Rheni littore possessoria habebant. Materiam hanc nova Germaniae reformatio, et postrema bella remorata sunt, quae nunc, restituta pace, in quaestionem venit, et quia multi Creditores in Gallia sunt, Thesis haec abinde defenditur; ideo in diversis provinciis diversae sunt institutae Commissiones liquidatoriae, quae tamen multum discrepantia habent principia: sic *Badena* vult capitalia, et Interusura omnia in certis terminis persolvere; *Hasso-Darmstadt* nihil de solutione scire; capitalia reducere, ac novos terminos pactare vult; *Nassau* jam a longiore tempore solutiones facere incepit, et officialibus suis in sinistra. Rheni rippa salaria eorum restantia dependit, quod his infelicibus, quorum sors diu incerta fuit, admodum bene cessit.

Casselia. Rex mense priori duo aeterno marmore digna edidit Decreta, quorum *Unum* reliquias perpetuae Colonorum servitutis, quae hinc inde adhaec supererat, tollit, dum ex altera parte obligationes, quae in mutua conventionione fundantur, confirmat. *Alterum* Sectatores Mosaicae Religionis ab omni coactione, et exactionibus, quas Religionis praetextu pendebant, immunes declarat. *Tertium* adhuc prodivit 22. Jan. Decretum Regium, prioribus non minus memorabile, quo praecipitur, ut usque dum circa conscriptionem Animarum certum sistema definitum fuerit, Curatores Animarum; cujus Religionis sint, non refert, duplicem Nativitatis, matrimonii, et mortis in suis Parochiis ducant catalogum, seu Regestrum. Catholici, Lutherani, et Reformati consignationis hujus intuitu coram nemine, quam Parochio suo comparere obligantur. Catholici Regestrum hoc ducant lingua latina, quod plerumque in Germania moris est; non Catholici autem germanica.

Miscellae.

Omnes libri, qui ad novam Legislationem quampiam habent relationem, est nunc vivus auri fons pro Bibliopolis Parisiensibus; qui etiam tales fideliter producant. Novissime prodivit *Dictionarium codicis commercialis*, quod Mercatoribus, aliisque, qui commercii rebus occupantur, admodum utile est, ideo multum quaeritur. Libri; qui adhaerat, sunt in Gallia, sicut in Germania Bibliopolis in utriusque; nam tantum liber, quod abijt, est praestans.

Q
legens
corres
gnoro;
Utor e
quanta
in pop
coquer
sit cur
sumpsi
curavit
meran

In
tavi; a
raria?
Domin
suae,
esse de
et flexi
non ulti
fidentia
omnibu
una Ca
homine
Haec o
Comitit
dicere

In
et adhu
causat.
vitium
rigam
sus est
tium vi
univers